

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum  
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ  
lectionis vbique ratio habeatur

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lvgdvni, 1586**

Oratio L: In M. Antonium Philippica octava

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)



P. B. IN M. ANTONIVM  
PHILIPPICA  
OCTAVA.  
ORATIO L.

**O**NFVSIVS hesterno die est acta res, C<sup>i</sup> Panfa, quam postulabat institutum consula-  
tus tui. Parum mibi uisus es eos, quibus cede-  
re non soles, sustinere. Nam, cum senatus ea  
virtus fuisset, quæ solet, & cum re uiderent omnes esse bel-  
lum, quidamque id uerbum remouendum arbitrarentur  
tua uoluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior.  
Vic̄ia igitur est propter aſperitatem, te auctore, nostra ſen-  
tentia: uicit L. Cæſaris amplissimi uiri, qui, uerbi atro-  
citate dempta, oratione fuit, quam ſententia, lenior. Quam-  
quam is quidem, ante quam ſententiā diceret, propinquia-  
tem excuſauit. Idem fecerat, me conſule, in ſororis uiro,  
quod hoc tempore in ſororis filio fecit, ut & luctu ſororis  
moueretur, & ſaluti reip. prouideret. Atq; ipſe tamen Ca-  
ſar præcepit uobis quodammodo, P. C. ne ſibi aſſentiremini,  
cum ita dixit, aliam ſententiā ſe diſtrūrū uifſe, eamq; ſe, ac  
rep. dignam, niſi propinquitate impediretur. Ergo ille au-  
culus: num etiā uos auiculi, qui illi eftis aſſentis? At in quo  
fuit controuerſia? Belli nomen ponēdum in ſententia quidā  
non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non  
modo rerum, ſed etiam uerborum. Potest enim eſſe bellum  
ſine tumultu: tumultus eſſe ſine bello non potest. Quid eſt  
enim

enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultū Gallicum, quod erat Italicæ finitus, p. 215. præterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum, quam bellū, hinc intelligi licet, quod bello\* Italico nacationes ualent, tumultu non ualent. Ita fit, quemadmodum dixi, ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etenim, cum inter bellum, & pacem medium nihil sit, necesse est, tumultum si belli non sit, pacis esse: quod quid absurdius dici, aut exstremari potest? Sed nimis multa de uerbo, rem potius uideamus P.C. quam quidem intelligo uerbo fieri interdum deteriorem solere. Nolumus hoc bellum uideri, quam igitur municipiis, & coloniis ad excludendum Antonium auctoritatē damus: quam ut milites fiant sine ui, sine multa studio, uoluntate? quam, ut pecunias in rem publ. polliceantur? Si enim belli nomen tolletur, municipiorum studia tollentur: consensus populi Rom. qui iam descendit in causam, si nos languescimus, debilitetur necesse est. Sed quid plura? D. Brutus oppugnatur: non est bellum? Mutina obsidetur: ne hoc quidem bellum est? Gallia uastatur: quæ pax potest esse certior? Illud, uero qui potest bellum esse dicere? consulem fortissimum, virum cum exercitu misamus: qui cum esset infirmus ex graui, diuturnoq; morbo, nullam sibi putauit excusationem esse oportere, cum ad reip. præsidium vocaretur. C. quidem Cæsar non expectauit nostra de creta: præsentim cum illud esset atatis: bellum contra Antonium sua sponte suscepit, decernendi enim tempus nondum erat: belli autem gerendi tempus si prætermisisset, uidebat, republ. oppressa, nihil posse decerni. Ergo illi nunc, & eorum exercitus in pace uer

versantur. non est hostis is, cuius præsidium Claterna de-  
iecit Hircius? non est hostis, qui consuli armatus obficit?  
designatum consulem oppugnat? nec illa hostilia uerba, nec  
bellica, quæ paullo ante ex collegæ litteris Pæsa recitauit?

P. B.

DEIECI PRAESIDIVM: CLATENRA POTITVS SVM: FVGATI EQVITES: PROELIVM COMMISSVM: OCCIDI ALIQ YOT.

quæ pax potest esse maior? delectus tota Italia decreti, sublati uacationibus saga cras sumentur: consul se cum praefidio descensurum dixit. Vtrum hoc bellum non est? etiam tantum bellum, quantum numquam fuit. Ceteris enim bellis, maximeq; ciuilibus contentionem reipublicæ cauſa faciebat. Sylla cum Sulpitio de iure legum, quas per uim Sylla latas dicebat: Cinna cum Octauiō de nouorum ciuium suffragiis: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, & ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem. Horum omnium bellorum cauſa ex reipublicæ contentione nata sunt. de proximo bello ciuili non libet dicere: ignoro cauſam: detecto extum. Hoc bellum quintum ciuile geritur (atq; omnia in nostrâ at atē inciderunt) primū nō modo nō in diffensione & discordia ciuium, sed in maxima consensione, incredibiliq; concordia omnes idem uolunt, idē defendunt, idem sentiunt. Cum omnes dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quæ est igitur in medio belli cauſa posita è nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia, sedesque populi Romani, aras, focos, sepulchra maiorum, nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus. contra M. Antonius id molitur, id pugnat, ut hec omnia perturbet, euertat, prædam reipublicæ cauſam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim disperiat

tiat paricidiis. In hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est, quod ille latronibus suis pollicetur primum domos (urbē enim se diuisurum confirmat) deinde omnibus portis, quo uelint, deducatur. omnes Casones, omnes Saxæ, ceteraq; pestes, quæ sequuntur Antoniū, ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Alba desinūt. Atq; etiam homines a-grestes, si homines sunt illi potius, quā pecudes, inani spe ad aquas usq; Puteolanas proue huius. Ergo habet Antonius, quod suis policeatur. Quid nos? nū quid tale habemus? dij meliora: id enim ipsum agimus, ne quis posthac eiusmodi quidquā possit polliceri. inuitus dico, sed dicendū est. Hasta Casaris, patres conscripti, multis improbis & spem affert, & audaciam, uiderunt enim ex mendicis fieri repente di-uites. itaq; hasta semper uidere cupiunt iij, qui nostris bonis imminent: quibus omnia pollicetur Antonius. Quid nos? nostris exercitibus quid pollicemur? multo meliora, atque maiora. scelerum enim promissio & iis, qui expe-ctant, perniciosa est, & iis, qui promittunt. Nos libertatem nostris militibus, leges, iura, iudicia, imperium orbis terræ, dignitatem, pacem, otium pollicemur. Antonij igitur promissa cruenta, tætra, scelerata, diuīs, hominibus usq; iniuria, nec diuturna, nec salutaria: nostra contra honesta, integra, gloria, plena lætitia, plena pietatis. Hic mibi etiam Q. Fufius uir fortis, ac strenuus, amicus meus, pacis comoda cōmemorat. quasi uero, si laudanda pax esset, ego id aequæ commode facere nō possem, semel enim pacē defendi? non semper otio studui? quod cū omnibus bonis utile est, tuū præcipue mihi. Quem enim cursum industria mea tenere potuisse sine forensibus iauiss, sine legibus, sine iudiciis? quæ esse non possunt, ciuili pace sublata. Sed quæso, Calene, quid tu? seruitutem pacem vocas? Maiores quidem nostri p. B.

non

non modo, ut liberi essent, sed etiam, ut imperarent, arma capiebant: at tu arma abiicienda censes, ut seruiamus. Quæ causa iustior est belli gerendi, quam seruitutis depulsio? in qua etiam si non sit molestus dominus: tamen est miserrimum, posse, si uelit, immo aliæ cause iusta, hæc necessaria est. nisi forte ad te hoc non putas pertinere, quod te socium fore speras dominationis Antonij. In quo bis laberis: primum, quod tuas rationes communibus anteponis. deinde quod quidquam stabile, aut iucundum in regno putas non, si tibi antea profuit, semper proderit. Quintam memini, de illo homine queri solebas: quid te facturum de bellua putas? Atque ait eum te esse, qui semper pacem optario: semper omnes ciues uolueris saluos. honesta \*ratio, sed ita si bonos, & utiles reip. ciues: si eos, qui natura ciues sunt, uoluntate hostes, saluos uelis, quid tandem interest inter te, & illos? Pater quidem tuus, quo utebar sene auctore adolescentis, homo severus, & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicae, qui Tib. Graccum interfecit, dare solebat: eius uirtute, consilio, magnitudine animi, liberatam remp. arbitrabatur. Quid: nos à patribus num aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis si temporibus illis fruisses, non probaretur, quia non omnes saluos esse uoluisse? Quod L. Opimius consul uerba fecit de republ. de eare ita censuerunt, VTI OPIMIUS CONSVL REM PVB. DEFENDERET. Senatus hæc uerbis, Opimius armis. Num igitur eum, si tum esses, temerarium ciue, aut crudelis putares? aut Q. Metellum, cuius quartuor filii Consulares? P. Lentulum principem senatus? quid complures alios summos uiros, qui cum L. Opimio consule armati

P. 217. Graccum in Aventinum persecuti sunt? quo in prælio Lentulus graue uulnus accepit: interfactus est Gracchus, & M.

& M. Fulvius consularis, eiusque duo adolescentulī filii: illi  
 igitur viri uituperandi. nō enim ciues omnes saluos esse uo-  
 luerunt. Ad propiora ueniamus. C. Mario, L. Valerio co-  
 sulibus, senatus remp. defendendā dedit: L. Saturninus tri-  
 bunus plebis, Glaucia prætor est imperfectus, omnes illo  
 die Scauri, Metelli, Claudi, Catuli, Scænulae, Crassū arma  
 sumpererūt. nū aut cōsule s̄ illos, aut clarissimos viros uitupe-  
 randos putas? ego Catilinam perire uolui. num tu, qui om-  
 nes saluos uis, Catilinam saluum: esse uel laisti? Hoc interest,  
 Calene, inter meam sententiam & tuam. ego nolo quem-  
 quam ciuem committere, ut morie multandus sit: tu etiam  
 si commiserit, conseruandum putas. In corpore si quid eius-  
 modi est, quod reliquo corpori noccat, viri ac secari pati-  
 mur, ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus  
 intereat: sic in reipublica corpore, ut totum saluum sit, quid-  
 quid est pestiferum, amputetur. Dura uox: multo illa du-  
 riior, Salui sint improbi, scelerati, impūi: delectantur innocen-  
 tes, honesti, boni, tota respublica. Vno in homine, Q. Fu-  
 si, fateor te uidisse plus quam me, ego P. Clodium arbitra-  
 bar perniciosum ciuem, sceleratum, libidinosum, impium,  
 audacem, facinorosum: tu contra sanguis, tēperatum, imo-  
 centem, modestum, retinemendum ciuem, & optandum. in hoc  
 uno te plurimum uidisse, multum me errasse cōcedo. Nam,  
 quod me tecum iracude agere dixisti solere, non est ita. ue-  
 hementer agere fateor, iracunde nego. omnino ira se amici  
 cis non temere soleo, ne si merentur quidem. Itaq; sine uer-  
 borum cōtumelia a te diffidere possum, sine animi summo  
 dolore non possum. parua est enim mihi tecū; aut parua de  
 re diffidio: ego huic uidelicet faueo, tu illi? in meo ego  
 D. Bruto faueo: tu M. Antonio, ego conseruari coloniam  
 populi Ro. cupio, tu expugnari stades. an hoc negare po-  
 tes?

tes? qui omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius? quousq; enim pacē dicis uelle te res geritur: conducta uineā sunt: pugnatur acerrime: qui intercurrent, misimus tres principes ciuitatis: hos contēpsit, reiecit, repudiauit Antonius: tu tamē permanes constans defensor Antonij. Et quidē, quo melior senator uideatur, negat se illi amicū esse debere: cū suo magno esset beneficio, uenisse cum contra se. uide quāta caritas sit patriae. cū homini sit iratus, tamen reipu. causa defendit Antonium. Ego te, cū in Massilienses tā es acerbus, Fusi, nō animo aequo audio. quousque enim Massiliam oppugnabis? ne triūphus quidem finē fecit bellū: per quem lata est urbs ea, sine qua nūquam ex Transalpīnis gentibus maiores nostri triumpharunt. quo quidem tēpore populus Rom. ingenuit: quamquam proprios dolores suarū rerū omnes habebant: tamen huius ciuitatis fidelissime miseras, nemo erat ciuis, qui a se alienas arbitraretur. Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamē propter singularem eius ciuitatis grauitatem, & fidem, quotidie aliquid iracudia remittebat: te nulla sua calamitate ciuitas satiare tam fidelis potest? Rursus me iam irasci fortasse dices, ego autem sine iracundia dico, ut omnia, nec tamen sine dolore. Neminem illi ciuitati inimicum esse arbitror, qui amicus sit huic ciuitati. Excogitare, quā tua ratio sit, Calene, non possum. ante a detergere te, ne popularis es, non poteramus: exorare nunc, ut sis popularis, non possumus. Satis multa cū Fuso, ac sine odio omnia, nihil sine dolore. Credo autem, qui p. 218. generi querelam moderate ferat, aequo animo laturū amici. Venio ad reliquos consulares, quorum nemo est, iure meo hoc dico, quin mecum habeat aliquam cōiunctionem gratiae, alijs maximam, alijs mediocrem, nemo nullam. quam besternus dies nobis, consularibus dico, turpis illuxit! iterum

legatos? quid si ille ficeret inducias? ante os, oculosq; legatorum, tormentis Mutinam uerberauit: opus ostendebat, munitionemq; legatis: ne punctum quidem temporis, cum legati adcesserint, oppugnatio respiratione. Ad hunc legatos? cur? an, ut eorum redditu uehementius pertimiscatis? Evidem cum antea legatos decerni non censuissim, hoc me tamen consolabar, quod, cum illi ab Antonio contempti, & reiecti reuertissent, dixissentque senatu, non modo illum Gallia non discessisse, ut censuissimus, sed ne a Mutina quidem recessisse potestatem sibi D. Brutus conueniendi non fuisse: \*fore, ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, iuris D. Bruto subueniremus, nos etiam languidores facti sumus, postquam Antonij non solum audaciam, & scelus, sed etiam insolentiam, superbiamq; perspeximus. Utinam L. Caesar ualeret, Ser. Sulpitius uiueret: multo melius haec causa ageretur a tribus, quam nunc agitur ab uno. dolenter hoc dicam potius, quam contumeliose. deserti, deserti, inquam sumus, P.C. a principibus, sed, ut iam sape dixi, omnes in tanto periculo, qui recte, & fortiter sentient, erunt consulares. animam nobis affirre legati debuerunt: timorem attulerunt: quamquam mihi quidem nullum: quamuis de illo, ad quem missi sunt, bene existiment: a quo etiam mandata acceperunt. Pro dij immortales, ubi est ille mos, uirtusq; maiorum? C. Popilius apud maiores nostros, cum ad Antiochum regem ligatus missus p. b. esset, & uerbis senatus denuntiasset, ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat: cum tempus ille differret, uirgulastantem circumscriptis, dixitq; se renuntiaturum senatu, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet. præclare senatus enim faciem secum attulerat, auctoritatem recipit. cui qui non pareret,

EEE non

non ab eo mandata accipie&da sunt, sed ipse est totus repudiandus. An ego ab eo mandata acciperem, qui sciatu mandata contemneret? aut ei cum senatu quidquā am commune iudicarem, qui imperatorem populi Ro. senati prohibente, ob&ſideret? At qua mandata? qua arrogantia? quo stupore? quo spiritu? Cur autem ea legatis nostris dabant? cum ad nos Corylam mitteret ornementum, atque arcem amicorum suorum, hominem adilitum? si uero tum fuit adilio, cum eum iuſu Antonij in coniuvio serui publici loris ceciderunt. At quam modesta mandata? ferrei sumus, P.C. qui quidquā huic negemus. VTRAMQVE PROVINCIAM, inquit, REMITTO; EXERCITVM DEPONO: PRIVATVS ESSE NON RECVO. Hac sunt enim uerba. redire ad se uidetur. OMNIA OBLIVISCOR, IN GRATIAM REDEO. Sed quid adiungit? SI LEGIONIBVS MEIS SEX, SI EQVITIBVS, SI COHORTI PRAETORIAE PRAEDEM, AGRVMQVE DEDERITIS. His etiā præmia postulet, quibus ut ignoscatur, si postulet, impudentissimus iudicetur. Addit præterea, quos ipse cū Dolabella dederit agros, teneant iij, quibus dati sint, Hic est Campanus ager, & Leontinus, qua duo maiores nostri annonæ per fugia ducebant. Cauet mimis, aleatoribus, lenonibus: Cafoni etiam, & Saxæ cauerit; quos centuriones pugnaces, & lacertosos inter mimorum, & mimarum greges collocavit. Postulat præterea, ut chirographorum, & commentariorum sua, collega&que sibi decreta maneat. Quid laborat, ut habeat quod quisq; mercatus est, si quod accepit, habet qui uendidit? & ne tangatur rationes ad Opis: id est, ne septentrum septies millies recuperetur: ne fraudi sit septem uiris, quod egissent. Nucula hoc, credo,

P. 219.

admo

admonuit. uerbatur fortasse, ne amitteret tantas clientelas. Cauerit etiam uulti iis, qui secum sunt, qui quid contra legem commiserunt. Mustela, & Tironi prospicit: de se nihil laborat. Quid enim commisit umquamnum aut pecuniam publicam attigit? aut hominem occidit? aut secum habuit armatos? Sed quid est, quod de iis laboret? Postulat enim, ne sua iudicaria lex abrogetur, quo imperato, quid est, quod metuat? an ne suorum aliquis à Cyda, Lysiade, Curio condemnetur? Neque tamen nos urget mandatis pluribus: remittit aliquantum, & relaxat. GALLIAM, inquit, TO-  
GATAM REMITTO, COMATAM POSTVLO.  
Otiosus uidelicet esse manuit. Cum sex legionibus, inquit, ijsq; supplitis ex D. Bruti exercitu, non modo ex deli Eliu suo. tandemq; ut obtineat, dum M. Brutus, C. Cassius consules proconsulesque provincias obtinebunt \*\* huius comitiis C. frater eius, est enim iam annus, ut repulsam tulit.  
IPSE AVTEM VT QVINQVENNIVM, inquit,  
OBTINEAM. At istud uerat lex Cæsaris, & tu alta  
Cæsaris defendis? Hec tu mandata L. Piso, & tu L. Philippe, principes ciuitatis non dico animo ferre, uerum auribus  
accipere potuisti? Sed, ut suspicor, terror erat quidam:  
nec uos ut legati apud illum fuitis!, nec ut consulares: nec  
uestram, nec reipub. dignitatem tenere potuisti. Et tamen  
nescio quo pacto, sapientia quadam credo, quod ego non  
possum, non nimis irati reuertisti. Vobis M. Antonius  
nihil tribuit, clarissimis uiris, legatis populi Rom. nos quid  
non legato Antonij Cotylæ concessimus? cui portas huius  
urbis pater eius non erat, huic hoc templum patuit: huic  
aditus in senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras  
in codicillos, & omnia uerba referebat: huic se etiam sum-  
mis honoribus nisi contra dignitatem suam uenidit abant.

P. B.

O dij immortales, quam magnum est personam in repub-  
tueri principis: quæ non animis solum debet, sed etiam ocu-  
lis seruire ciuum! domum recipere legatum hostium, in  
cubiculum admittere, etiam seducere, hominis est nihil de-  
dignitate, nimium de periculo cogitantis. Quod autem est  
periculum? nam, si maximum in discrimen\* uenitur, aut li-  
bertas parata uictori est, aut mors exposita uicto. quorum  
alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. turpis  
autem fuga mortis omni est morte peior. Nam illud qui-  
dem non adducor ut credam, esse quosdam, qui iniudeant  
alicuius constantia, qui labori, eius perpetuam in repub.  
adiuanda uoluntatem & à senatu, & à populo Rom.  
probari moleste ferant. Omnes id quidem facere debeba-  
mus: eaq; erat non modo apud maiores nostros, sed etiam  
nuper summa laus consularium, uigilare, adesse animo,  
semper aliquid pro repub. aut cogitare, aut facere, aut di-  
cere. Ego, P.C.Q. Sc. auxilium augurem memoria teneo bel-  
lo Marsico, cum esset summa senectute, & perdita ualetu-  
dine, quotidie, simulatque luceret, facere omnibus conue-  
niendi sui potest atem: neque eum quisquam illo bello uidit  
in lecto: senexque, & debilis primus ueniebat in curiam.

P. 220.

Huius industriam maxime euidem uellem ut imitaretur  
ij, quos oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori  
inuidarent. Etenim P. C. cum in spem libertatis sexennio  
post simus ingressi, diutiusq; seruitutem perpessi, quam ca-  
ptivi frugi, & diligentes solent: quas uigilias, quas solicitudi-  
nes, quos labores liberandi populi Rom. causa recusare  
debemus? Evidem, P. C. quamquam hoc honore usi, togati  
esse solent, cum est in sagis ciuitas: statui tamen à uobis, ce-  
terisq; ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaque per-  
turbatione populi Rom. non diffirre uestiu. Non enim ita  
geri

gerimus nos hoc bello consulares, ut aequo animo populus Rom. iuris sit nostri honoris insignia: cum partim e nobis ita timidi sint, ut omnem ij populi Rom. beneficiorum memoriam abiecerint: partim ita à repub. auersi, ut se hosti fauere præseferant, legatos nostros ab Antonio despetos esse, & irrisos facile patientur, legatum Antonij subleuatum uelint. hunc enim redditu ad Antonium prohiberi ne gabant oportere, & in eodem excipiendo sententiā meam corrigebat, quibus geram morem. redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne umquam Romanam reuertatur. certis autem, si errorem suum deposuerint, & cum rep. in gratiam redierint, ueniam, & impunitatem dādam puto. Quas ob res ita censeo: E O R V M, qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis discesserint, & aut ad C. Pansa, aut ad Hircium consules, aut ad Decimum Brutum imperato- rem, C O S. designatum, aut ad C. Caſarem propratorē, ante idus Martias primas adierint, eis fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint. Si quis eorum, qui cum M. Antonio sunt, fecerit, quo honore, præmioue dignus esse uidetur: uti C. Pansa, A. Hircius C O S. alter, ambone, si eis uidebitur, de eius honore, præmioue, primo quoq;

die ad senatum referant. Si quis post hæc ad

Antonium profectus fuerit, præter

L. Varium, senatum existi-

maturum eum contra

repub. fe-

cisse.